

NOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
DOMINO AVCTORI RESPONDENTI
AGNATO SVO HONORATISSIMO
S. P. D.
P R A E S E S.

Neque chartæ, neque temporis, spatum, quod utrumque perexiguum
sentio, me, ad scribendam abit uenti TIBI epistolam hanc allicuit,
non nisi ex ea, qua semper erga TE animatus fui, affectione, profluentem,
nec alio fine exaratam, quam ut TIBI eximios, quos in utroque, pri-
vato & publico jure, exemplari diligentia, optimisque moribus adquisi-
visti profectus, & luculentissimum illorum documentum, præsentem Disser-
tationem TVA M inauguralem, insigni docta que patriarum rerum no-
titia prorsus commendabilem, e qua præter consilium, librorumque, quibus
usus fuisti, copiam, mihi nihil vindico, immo, quam temporis angustia im-
peditus, ne quidem solitæ alias limæ meæ subjicere potui, sincere gratulan-
di, TE que præcipua nunc Themidos Musarumque Germaniae domicilia
adeuntem, EXTERIS omnibus, eisque præsertim, qui me amant,
qui mibi favent, & quorum singularem gratiam non submissè minus vene-
ror, quam impense mihi gratulor, ea, qua par est, observantia & devo-
tione, enixe commendandi, exoptatam habeam occasionem. Faxit modo
DEVS, ut, qui TE exteris mox propriis ipsem et commendabis meritis, in
itu & reditu, salvis semper sis & incolmis, ut exacto, quod TIBI
& que utile & prosperum adprecor, ac quidem jucundum erit, itinere,
digna TE præmia capias, sique latus, AMPLISSIMO DOMINO
PARENTI TWO, quem, ut nosti, omnis nostra familia patrem ve-
neratur, largissimam curarum suarum messem præbeas. Quod reliquum
est, mea TIBI semper promtissima spondeo officia, TVI in me amoris
certissimus. Dabam XIII. Kalendarum Januarii
MD CCLV.

